Rmis DD. Card. in rebus fidei et morum Gen. Inquisitoribus iidem Emi Patres, rerum temporumque adiunctis mature perpensis, decernendum censuerunt : Supplicandum SSmo, ut declarare seu statuere dignetur facultates omnes speciales habitualiter a S. Sede Episcopis aliorumque locorum Ordinariis concessas non suspendi vel desinere ob eorum mortem vel a munere cessationem, sed ad successores Ordinarios transire ad formam et in terminis decreti a Sup. hac Cong. editi die 20 Februarii 1888 quoad dispensationes matrimoniales.

Insequenti vero feria VI, die 26 Novembris 1897, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertina facta de his omnibus SSmo D. N. D. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione Sanctitas Sua Emorum Patrum resolutionem adprobavit, atque ita perpetuis futuris temporibus servandum mandavit, contrariis non obstantibus quibuscumque.

(L. † S.) Jos. Can Mancini, S. R. et U. J. Notarius.

Les burettes d'or ou d'argent sont-elles permises ?

Les Rubriques demandent que les burettes soient en verre, afin de permettre de distinguer facilement l'eau du vin. *Ampullæ vitreæ vini et aquæ* (Rub. gen. miss. XX). Cependant les burettes en métal, en or ou en argent sont tolérées par la Sacrée Congrégation des Rites, d'après le décret suivant du 28 avril 1866.

Sancti Iacobi de Chile, Exorta controversia inter nonnullos canonicos Metropolitanæ ecclesiæ Sancti Iacobi de Chile, an usus vigens in eadem civitate adhibendi ampullas auro vel argento elaboratas tolerandus esset ; ad rem dirimendam Sacrorum Rituum Congregationi sequentia duo dubia proposita fuerunt, minirum :

1o An uti liceat in missæ sacrificio ampullis aureis vel argenteis ? et quatenus negative :